



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Eucharistia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

quod si unus relinquatur sensus, nullum esset sacramentum, & deberet reiterari, si vacet; Sum. Sacram. *quest. 22. Navar. c. 22. n. 22.* secus verò si relinquereentur pedes, vel lumbi in masculis; quia istae partes non sunt de essentia hujus Sacramenti.

EVICTIONIO.

Primò, evictio datur etiam in beneficiis, vide Rebuff. *in tit. de perm. nu. numero 27.* & infra, vide Cap. *decif. 106. Alexand. in lege non solum, §. morte, ff. de oper. novi nunc Afflic. decis. 8.*

Secundò, Ecclesia non tenetur de evictione, Abb. *in cap. si quis, numero 13. de r. b. Eccl. non alien.*

Tertio, an Prælati teneatur de evictione, idem *in cap. ad audientiam, num. 7. eud. tit.*

EUCCHARISTIA.

SYMMARIVM.

1. *Vbi debeat conservari Eucharistia.*
2. *An lampas ardere sit necessaria in Eucharistia circumlacione.*
3. *Quoties debeat renovari.*
4. *Quomodo debeat custodiri.*
5. *Quomodo deferri debeat ad aegrotum.*
6. *A quibus possit administrari.*
7. *Quando currat preceptum de sumenda sacrosancta Eucharistia.*
9. *Quæ pana presbyteri male gubernatis sacramenta Eucharistia.*

Ad primum. Vide Conc. Trident. *sess. 13. c. 6.* & capsula sive pixis, in qua conservatur sub custodia, debet esse argentea, vel eburnea, non lignea, vel vitrea, vel lapidea, & ita per praxim est recep-

tum ubique, non primum propter periculum vermium, non secundum, ob fractionem, non tertium, ob humiditatem, & ponderositatem.

Ad secundum. Cùm extrahitur à sacratio, sive à custodia, debet deferri cum luminaribus, *cap. sanè de celeb. Miss.* sed non invenitur de jure communi, quòd ante custodiam (ut reperitur sanctissimum hoc Sacramentum) debeat stare lampas accensa; secus verò de communi usu recepto in Ecclesia Dei ex Concil. Provincialibus & aliis Constitutionibus, Navar. *Trañtat. de hor. Canon. c. 18. numero 67.*

Ad tertium. Singulis octo diebus, etiam tempore interdicti, etiam in Ecclesia specialiter interdicta, per *cap. permittimus, de sentent. excommunicat. Navar. cap. 27. numero 172. nota b. 8.*

Ad quartum. Vide *d. cap. sancimus, & c. de custod. Eucharist. & Diaz. in pract. crim. Can. cap. 40.*

Ad quintum. Debet deferri ad infirmos modo quo *in dict. cap. sane.* & aliis bene dispositis, & ordinatis in diversis constitutionibus diversarum Cathedralium: sed quia inolevit quidam abusus, quòd si infirmus ob tussim, vel aliquod impedimentum non posset communicare, faciunt deferri sacram Eucharistiam aegrotis, ut saltem eam adoret, quod non posse, nec debere fieri censuit sac. Congreg. 374. & dicam *in opusculo meo de Praxi Sacramentali.*

Ad sextum. Hoc Sacramentum potest administrari etiam à Regularibus personis communicare volentibus, excepto die Paschatis Resurrectionis, Nav.

cap. 21. numero 52. cap. 27. num. 102. quia id eis concessit Leo X. & Nic. V. Nav. loc. cit. licet Clem. 1. de privileg. id vetuerat.

Ad septimum. Præceptum de communicando in Paschate currit à die Palmatum, usque ad octavam Paschæ inclusivè, Navar. cap. 21. num. 45 Sylvest. in ver. Eucharistia, 3. num. 17. §. 15. ver secundum, Flor. Theol. 4. sent. de suscept. Euchar. fol. 67. Caiet. in sum. in ver. Communio. §. 3. adeo quòd, qui communicaret intra hoc tempus, satisfaceret præcepto cap. omnis utriusque sexus, de pœn. & remiss. nec incurteret pœnas, quæ passim imponuntur à prælatis contra non communicantes in Pascha.

Ad octavam. Ultra pœnas in cap. si per negligentiam, de Consecrat. d. 2. & in cap. 1. de custodia Eucharistia, si minus cautè dimiserit, & nihil nefarium inde contigerit, tribus mensibus potest suspendi; si verò aliquid admiserit nefarium, gravius arbitrio judicis potest puniri, Ad. dit. ad Cap. Tolos. g. 218.

FABRICA ECCLESIAE.

Primò, fabricæ Ecclesiæ appellati-
one veniunt ornamenta necessaria cul-
tui divino, & sic relictum pro fabrica,
censetur relictum pro omnibus neces-
sariis ministerio Ecclesiæ, Covar. in cap.
ultimo n. 4. de testam. & ibi Abbas.

Secundò, ratio sumptuum fabricæ
Ecclesiæ est reddenda Episcopis ordi-
nariis, nisi aliter in institutione ipsius sta-
tutum sit, Concil. Trident. sess. 22. cap. 9.
de refor. & sac. Congreg. in mess. 78.

Tertio, fabrica divi Petri de Vrbe,

vide inferius, in ver. legatum, §. 9. &
Bul. Paul. III. 68. & quid solvendum sit
pro scripturis responderetur id quod so-
let solvere fiscus reverendæ Curia A-
postolicæ: & ejus Commissarii possunt
cogere, quoscunque Notarios ad aperi-
endum, & ostendendum testamenta
post annum à die obitus testatoris, Pius
IV. Bul. 58.

Quartò, deputati fabricæ Petri de Vr-
be, habent facultatem exigendi legata
facta pro sancta Maria de Laureto, si mi-
nistri dictæ Ecclesiæ in illis exigendis
negligentes fuerint, Pius V. Bul. 54. qua
incipit, *At Romani*.

Quintò, fabrica prædicta habet fa-
cultatem revocandi, & rescindendi alie-
nationes bonorum Ecclesiasticorum, fa-
ctas sine sedis Apostolicæ licentia, aut si-
ne solennitatibus, sive in damnum Ec-
clesiarum; Pius V. Bul. 98.

Sextò, fabrica Ecclesiæ tunc spectat
ad Episcopum, quando pars fructuum
& introituum est pinguis, & quando pos-
sit Episcopus una cum suo Capitulo sta-
tuere, quòd certa pars fructuum bene-
ficiorum vacantium in sua diœcesi appel-
licetur fabricæ Ecclesiæ cathedralis;
vide & distingue cum Gemin. in cap. si
propter, versic. *quæro an Episcopus, de re-
scripti. lib. 6.* distinguit satis bene pro Pra-
ctica quotidiana, & hoc non esset au-
toritate in facto suo proprio, quia non
applicatur mensuræ suæ, per Clem. si una,
de reb. Eccl. non alien. facit, c. Romana, de
pœn. & remiss. lib. 6. ubi propter tenuita-
tem fructuum Ecclesiæ, dantur indul-
gentiæ pro fabrica Ecclesiæ.